



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

De executione Clericorum in concionibus habendis. Cap. III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

De exercitio Clericorum in concionibus habendis. Cap. III.

Diebus festis, ac præterea ter saltē in hebdomada, in aduentu quoq; Illustrum virorum, conciones à Clericis in Cœnaculo ē suggestu habeantur; omnesq; in hoc munere se exerceant: latinæ quoque orationes habeantur sa- pius, præsertim ab ijs, qui singulis annis Rhetoricæ studio operam dabunt.

Præfectus studiorum vnicuique præ scribat thema, de quo erit habenda concio, ac singulos sigillatim semper instruat, qua ratione inuenire, disponere, & pronunciare debeant.

Atque initio quidem præscribatur tan- tūm thema de virtute aliqua, aut vitio, aut aliqua propositio breuis ex sacra scriptura desumpta; Cum verò proue- ctores fuerint, tunc etiam de Euange- lijs currentibus concionentur.

Qui propter prouetiam ætatem, in- genij tarditatem, aut aliam quamvis causam, non multum in hoc assequi posse videbuntur, satis erit si eo vsque proficiant, ut ad altare, Parochorum more sermones habere possint, non admodū quidem artificiosè, sed ita tamen, ut ne quidquam ab Ecclesia, aut à Doctoribus Ecclesiæ probatis alienum proferant, populumq; in via Domini salutariter erudiant.

Quapropter hi instituantur, ut initio quidem conciones ad verbum exarent, deinde verò capita tantūm summa no- tent.

Neque verò hi vlo modo verborum ornatum, sed tantūm res ipsas consecen- tur, ac in ijs elaborant præcipue, quæ ad mores pertinent; atque in hoc ita se exerceant, ut diuturna consuetudine quasi roborati, possint diebus festis ad altare sermones habere, etiam si propter occupationes Parochiæ suæ, non ita sedulam per eos dies studijs operam nauare posuissent.

Itaque ijs pro themate, proponantur ut plurimum Euāgeliia, diebus solennibus, & festis totius anni occurrentia: in quibus curetur primò, ut sensum literalem teneant, tum aliqua documenta ad mo- res instituendos spectantia in prom-

ptu habeant.

Ex ijs omnibus, qui iudicio Rectoris de consilio Præfecti studiorum magis idonei censebuntur, mittantur per vices sapienti, omniño autem festis solennibus diebus, & in aduentu Illustrum virorū in Aedes Archiepiscopales, qui ad mea fam Reuerendissimi Archiepiscopi vel latinè orient, vel Italicè concionentur, accommodatè ad diem festum, vel ad Euāgeliū, quod in sacro pronuncia- tum fuerit.

Neque verò quisquam conciones in Ar- chiepiscopalibus qdib; habeat, qui no- eas prius in Seminario recitauerit.

De Cantu & Scriptione. Cap. IIL

Lectionem catus, qui firmus dicitur, omnes quotidie adeant; Qui verò a Rectore de Consilio Magistri Musicæ idonei iudicati fuerint, etiam eius, qui figuratus appellatur: idque statim a præ dio; & quidem à Solennitate Resurrec- tionis Domini nostri vñq; ad mensem Septembrib; duarum horarum spatio; alijs verò temporibus horæ cum dimidia tantūm.

Mādetur autem alicui ex prioritibus, ut prima elemēta tyronib; tradat mo- neantur: que omnes, cum in posterum or- dines sacros suscepturn fuerint, etiam de peritia cantus sibi examen esse subeun- dum.

Omnis a Paschate Resurrectionis vñ que ad Vacations, singulis diebus duas horas dent, ut eleganter & graphicè pingere literas discant: ac primò quidē, tantūm paulo in scribendo exercitato- res a præceptore externo ad eam rem conducto instituantur; deinde ipsi vicif- simi alios doceant, ut a Rectore consti- tutum fuerit.

De gubernatione temporali. Cap. V.

Omnes in vnum & eundem locum conueniant ad cibum capiendum: quia verò omnes vno & eodem tempo- re cibum sumere non poterunt, prima, & secunda exstructetur mensa, ut qui pri- mæ non possunt, secundæ accumbant mensa.

Auctor.